

rens agressus fuit. Cum reperiatur Severus Episcopus Ravennatus interfuisse, & subscriptissim Concilio Sardicensi habito Rustico, & Eusebio Cos. ex Actis ejusdem Concilia, & ex Apologia secundi Athanasii, si Severi Episcopatus coperit temporibus Aureliani, & Gaii, conficitur vixisse in Episcopatu annos, ad minus, sexaginta quatuor. Gajus enim Papa creatus anno CCLXXXII. Concilium autem Sardicensis celebratur an. CCCXLVII. Tempus autem sedis Severi his terminis conclusum nimis d. utrum videtur, cum maxime includat persecutionum pericula. Inde ex eo insciatur Severum Marcellino successisse, quod ex Actis Synodiis constet Agapitum sedisse in Concilio Romano sub Julio Papa anno quarto Constanti, & Constanti, septem annis ante Sardicensis Concilium, quod fieri non potuit, si Severus sedere copit Arelani Imperatoris, & Gaii Pontificis Romani temporibus. Addit, quod licet ex his clare constet, quo tempore federit Severus & cui Episcopo immediate precedenter sufficiens sit, talia abdu: aliquid firmatis nancifuntur ex Vita Severi, quam Monobratus recitat, in qua Severus ipse creatus ponitur Constantio IV. & Constante III. Cos. Denique decernit, si nibiliorius contendatur, Severum successisse Marcellino, necesse esse, ut alter agnoscatur ab isto ejusdem nominis, vel post Agapitum, aliud sedisse Marcellinum dicatur, quod nec prioris sententiae assertores cutum admississos.

II. Rubeus in hunc modum à Barozio vexatus, parata Historia sua Ravennatis nova editione, quam supra dimidium auctiā Venetiis Typis Francisci Fräcisi Sevensis, anno MDXC, in publicum produxit, sibi priori sententia in sestendum mordicus existimat, eamque ut fulciret, & opposita tela retundaret, statuit aperte Severum reversum à Sardicensi Concilio diem obisse, & successisse Agapitum ejus nominis secundum, & hocce in scenam producto, obiecto de Romano Concilio statu faciendo gratia, Concilium ipsum celebratum afferuit post Sardicensis. Huic sententiae se adattauit multiplici ex capite ait, ac primo quod omnium Ravennatum Scriptorum consensu, & etiam ex picturis Ursiane Ecclesiae, ac Templi nostro temporis Spiritui Sancto dicati, constet Marcellinum Archepiscopum, Severum proximè antecessisse, satque diu vixisse, quare non Agapitus, sed Marcellinus Concilio Romano intercesserit. Preterea, cum Concilium illud, cui Agapitus interfuisse memoratur numeraverit CXXI. Episcopos, arguit diversum extitisse ab eo, quod Sardicensis praefecit, quodque solis quinquaginta Episcopis constasse dicit. Hinc ad characteres chronologicos ejusdem Concilii, cui Agapitus interfuit, convertitur, & immitiū Indictioni in Actis, que extant sexta, quae soli anno CCCXLVIII. convenit, atque certiorē omnium numerandi modum in publicorum Actuum consignatione eum esse, qui ex Indictione desumitur, quem proinde precepit Concilium Nicenii Canon observari, & habitum usu non modo à D. Gregorio, sed ab eo, qui cum longè antecessit Cassiodoro, immo ab Athanasio in consignando Conciliorum sui aevi tempore. Marcellinum etiam Comitem, licet Consules scribat, primo tamen loco Indictionem signare, & huiusmodi charactere rem certius apparere dicit, cum anni Imperatorum, & Consulium passim controvertantur. Ad alium preterea argumenti genus convertitur desumptum ex serie Archiepiscoporum Mediolanensium, quam dicit à viris doctissimis, & in omni antiquitate bene peritis digestam, in qua ponitur Protasium ante Julianum sedisse, id autem mirum in modum ejus hypothesis confirmare videtur, cum constet Protasium interfuisse Sardicensi Concilio cum Severo,

Tom. II.

A | Julianum verò cum Agapito Romano Concilio post Sardicensis habito. Censet proinde, quod sicut Sardicensis habito convocate Romæ Concilio Acta Nicena confirmavit, ita Julianus Romanam Synodum coegerit ad confirminganda Sardicensia paulo ante celebrata, quibus quidem Athanasius est absolutus. Ita adiicit, & Damasum postea fecisse post Synodum Constantinopolitanam, & Julianum ipsum laudasse bune Ecclesia Romana morem in Epistola ad Orientales, apud Athanasium, inscripta, cui res alludere censet Juli verba de Athanasio, quibus inquit; non à nobis tantum, sed à cuncta Synodo receptus est. Cum autem animadverteret Rubeus, sibi opponi posse in Sardicensi Concilio memoratos Fortunatianum Aquilejensem, & Gratianum Carthaginensem Antistites, quos deinde pluribus annis Sardicensi illi supervixisse constat, quique proinde debuissent intervenisse, & Romano asserto Concilio pro Grato, ac Benedicte ibidem expressè recentis, occurrit duens Gratianum in Concilio Romano nominari tantum Episcopum, unde alterius Ecclesiæ potius esse Pontificem à Carthaginensi, Fortunatianos verò Aquilejenses fuisse duos, quorū medius Benedictus federit, præterquamquod in aliquot vultus, & manu scriptis Codicibus afferit, nō Fortunatianum, sed Fortunatum legi; & præterea novum non esse ait, duos ejusdem nominis Episcopos invicem in eadem sede successisse, exempla afferens ex serie Pontificum Romanae, & altiarum Ecclesiæ, Episcoporum diversorum, qui ob nominis similitudinem ex pluribus in unum conflati sunt. Nec, ait, in Concilio Romano mentionem fieri de Sardicensi, sicut fit de Niceno, tum quia eo loco necessarium id non erat, tum quia ea, de quibus alium fuerat in Sardicensi, ex Nicena Synodo sumpta fuerant. Quod spectat ad Severi etatem, quæ producta plusquam pars sit videatur, reponit id mirum non debere videri ei, qui etates ampliores admittit in plurimis aliis diversarum sedium Episcopis. Eos autem, qui initia Episcopatus Severi consignant Constantio IV, & Constante III. Cos. nec verum, ait, nec verosimile fari, quandoquidem ea re admissa Severus in Ravennati sede vixisset annum via unum, cum ex Parvinio sentiat Augustos laudatos initia Consulatum prædictum eo anno, qui præcessit Sardicensi Concilium, circa anni ejusdem medium. Hinc censet duos fuisse Agapitos, unum, qui Marcellinum præcessit, alterum, qui Severo sufficiens sit, & hunc ait, sicut & Liberium successorem ejus, briuissimè sedisse, ac mortuos, dum in vivis esset abdu: Julius in exilium, ait, in Constantio Cæsare missus.

III. His Rubei argumentis nihil permotus Bononiensis edens Romæ anno MDXCV. Annalium suorum Tomum tertium ad annum CCCXXXVII., cui alligavit Concilium Romanum sub Julio, de quo controversia erat, Rubeum ipsum, quem dicit debuisse amicè admonitum emendare, que scriperat in priori sua Ravennatis Historia editione, majori, quam antea conatus aggreditur. Censit igitur Concilio illi, qui interfuerint ex CXVI. Episcopis recenteri Benedictum Aquilejensem, qui præcessit Fortunatianum, Rufum Carthaginensem, qui successit Caciliiano, & præcessit Gratianum, Agapitum Ravennatum, qui præcessit Severum, Julianum Mediolanensem, qui post Eustorgium, habuit Protasium successorem. Id probare nititur ex eo, quod Successores nominati laudatorum Pontificum, qui interfuerent Concilio Romano noscuntur plerique subscriptissim Sardicensi, & Gratianum Carthaginensi, quæ postmodum sunt celebrata, Concilis, & ex eo etiam quod Indictione sexta semel tantum consignata fuerit Julio Romano Pontifice sedente eodem anno, quo Sardicensi Concilium celebratum

D | fuit.